

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata.
Ioann. Agri. Isleb. Avtore**

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs qvarti scena qvarta

[urn:nbn:de:bsz:31-129051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129051)

TERENTII.

ACTVS QVARTI. SCE.

NA QVARTA.

Senarij fere, paucis admixtis Octo-
narijs.

CHREMES Senex, MYSIS ancilla
DAVVS seruus.

Reuertor, postquam quæ opus fuere
ad nuptias.

Gnatæ parauit, vt iubeam accessi. sed
quid hoc?

Puer hercle, est mulier, tunc adposuisti
hunc? My vbi.

Illhic est? Ch. non mihi respondet? My
hem. nusquam est, vix miseræ mihi.

Reliquit me homo, atq; abiit. Da. dñ
vostram fidem,

Quid turbæ est apud forum? quot illic
hominum litigant?

Tum annona cara est. quid dicam
aliud, nescio.

MY. Cur tu obsecro hæc me solam?
Da. hem, quæ hæc est fabula?

Eh? Mytis, puer hic vnde est? quis ve
huc attulit? f. ij. MY.

ANDRIA

My. Satin sanus es, qui me id rogires?
Dau. quem igitur rogem,
Qui hic neminem alium video? Gh.
miror, vnde sit.

Da. Disturane quod rogo? My. au.
D. concede ad dexteram.

My. Deliras, non tute ipse? Da. ver-
bum si mihi.

Vnum præter quam quod te rogo,
faxis. caue.

My. Maledicis. Dau. vnde est? dic
clare. Myfis. a vobis. Dauus. ha ha hæ.
Mirum vero, impudenter mulier si
facit meretrix?

Ch. Ab Andria est ancilla hæc, quan-
tum intellego.

Da. Adeon videmur vobis esse
idonei,

In quibus sic illudatis? Ch. veni in
tempore.

Da. Propera adeo puerum tollere hinc
ab ianua.

Mane, caue, quoquam ex isthoc ex-
cessis loco.

MY. Dij te radicent. ita me miseram
excitit.

Da.

TERENTII.

Da. Tibi ego dico, an nō: MY. quid vis?

DA. at etiam rogas?

Cedo, cuius puerum hęc adposuisti, &
dic mihi.

My. Tu nescis? Da. mitte id quod scio,
dic quod rogo.

My. Vestri. Da. cuius vestri? My.
Pamphili. Da. hem, quid? Pamphili.

My. Eho an non est? C. recte has ego
semper fugi nuptias.

Da. O facimus animaduertendum. My.
quid clamitas?

Da. Quem ne ego hęc vidi ad vos ad-
ferri vesperi?

My. O hominem audacem. Da. ve-
rum, vidi Cantharam.

Suffarcinatam. My. dijs pol habeo
gratias,

Quom in pariundo aliquot adfuerunt,
liberæ.

Da. Næ ille illum haud nouit, cuius
causa hęc incipit.

Chremes, si positum puerum ante
ædēs viderit,

¶ iij

Suam

ANDRIA.

Suam gnatum non dabit . tanto hercle
magis dabit .

Ch . Non hercle faciet . Da . nunc adeo ,
vt tu sis sciens ,

Ni puerum tollis , iam ego hunc in me
diam viam .

Prouoluam , te que ibidem peruoluam
in luto .

MY . Tu pol homo non es sobrius . Da .
fallacia .

Alia alsam trudit . tam susurrari audio ,
Ciuem Atticam esse hanc . Ch . hem . Da .
coactus legibus .

Eam vxorem ducet . MY . eho obsecro ,
an non ciuis est ?

Ch . Iocularium in malum insciens pene
incidi .

Da . Quis haec loquitur ? o Chreme ,
per tempus aduenis ,

Ausculca . Ch . audiui iam omnia . Da .
ah , ne tu omnia .

Ch . Audiui inquam a principio . Da .
audistin obsecro hem .

Scelera . hanc iam oportet in cruciatum
hinc abripi .

Hic ille est . nō te credas Dauom ludere .
MY .

TERENTII.

MY Me miseram . nihil pol falsi dixi ,
mi senex .

Ch . Novi omnem rem . sed est Simo
inrus ? Da . est .

MY . Ne me attingas scelestè . si pol Gly
cerio non omnia hæc .

Da . Eho inepta , nescis quid sit actum ?
MY . qui sciam .

Da . Hic focer est alio pacto haud pote
rat fieri ,

Ut scirent hæc , quæ volumus . MY .
hem , prædiceres .

Da . Paululum interesse censes , ex
animo omnia .

Ut fert natura facias , an de industria ?

ACTVS QVARTI CENA QVARTA.

f v ACTVS.